

debitor humano modo, idest per extrinsecam manifestationem, debet esse certus de voluntate creditoris, à qua pendet incursus, ita post Navaram Couaruviam, Suarez: Filius. Alterium, sustinet Bonacina de censur. in particul. extra bulla Cœne disp. 2. q. 1. p. 1. num. 11., contrarium sustinent Gigas. de pens. q. 77., Navara de elect. fori sec. 1. q. 5. num. 10., alique relati per Sayr. de cens. lib. 1. c. 11. num. 20., Barbosa Praxi exigendi pensionem p. 1. q. 8. num. 32., prima tamen sententia est valde tuta, & optimè rationi innixa, idè tenenda.

38 Fallit Vigesimoquintò, in minore, à quo non solum ex lapsu diei, sed neque ex interpellatione sibi facta incurritur mora, negligentia, aut contumacia si careat Curatore, latè Ubert. de citat. c. 14. num. 440., & seqq., & c. 16. num. 131., Baver. de mora d. p. 3. num. 10. V. decimo tempore.

39 Fallit Vigesimoextò, quo ad factum, & executionem devolutionis bonorum Emphiteuticorum, casu quo possessores per annum, & mensem non curaverint petere, & accipere Investituras, quia licet ipso facto cadant, & bona devolvantur ad Ecclesiam, neque opus sit declaratione, quo ad ipsam devolutionem, tamen quo ad factum, & exe-

cutioem, requiritur interpellatio, quia in facto debet apparere de negligentia, Pigant. ad Stat. Ferr. tom. 2. rub. 127. num. 35. vers. dicitur autem.

40 Quæri solet utrum ex generali citatione, vel proclamate per edictum, quo citentur, quicumque sua putaverint interesse, si aliqui in termino assignato, neglexerint comparere, Jure suo priventur? & resolvit Cephal. consil. 29. num. 24., quod cum hoc non habeatur in Jure expressum, & alioquin talis privatio sit res odiosa, ac consequenter restringenda c. odia de reg. Jur. in 6., ex tali negligentia non privari Jure suo, tenendum esse, tamquam contra æquitatem; tùm quia potest semper se tueri, non comparuisse, quia sciebat jura sua salva fore, ad allegata per Antonium Gobium consultat. decisivo 53. nu. 24., & hoc certum, si aliquam verissimilem excusationem habeat, ut absentia, minoritatis, & alias de quibus, Ubert. de citat. c. 7. num. 390., sicut etiam hoc certum dicit, si elapso termino, compareat tamen antequàm Judex interloquendo imponat silentiũ, Felin. in c. gratum sub. num. 3. de officio Judic. delega., ubi tres excipit casus ibi videndos.

ARTICULUS V.

An, & quando ad moram, & negligentiam incurrendam, requiratur interpellatio, ubi in obligatione non est apposta dies certa.

Uamquam de Jure verum sit, quod obligatio, absque temporis præfinitione, obligat ad statim l. in omnibus 14., ubi Cagnol. ff. de reg. Jur., attamen cum plures possint contingere excusationes, idè non solvendo statim, non dicitur in mora, aut negligens; quare regula est, quod post interpellationem Judex arbitrio suo regulato, statuat tempus, infra quod solvat, alias fieret negligens. Menoch. de arbit. Judicium casu 27., Cagnol. in l. in omnibus 14. de reg. Juris.

2 Regula ergo est, quod ubi non est dies certa, apposta in obligatione, requiratur in-

terpellatio l. Titia. Sejo. §. Usuras. ff. de leg. 2., l. mora ff. de usur., Bald. in l. non ignorat C. de fruct., & lit. expensis, Abbas. in c. licet el. 1. de sum., Sylvester. vers. mora num. 1., Azor. p. 3. l. 4. c. 34. q. 2., Felin. in c. si autem num. 3. de rescript., Bartol. cons. 98. lib. 2., Tum quia in omnibus factis negativis, necessaria est interpellatio, & monitio; Rota decis. 26. num. 5., decis. 236. num. 3. p. 2. Divers., Pigant. ad Stat. tom. 2. rub. 127. num. 38. V. & in omnibus, ubi num. 40., Quod ignorantia præbet justam excusationis causam; sicque requiritur interpellatio, quoties lex loquitur negativè, ut si non fecerit, si non dederit, puniatur &c., Valerius de different. utriusque fori

fori V. lex differentia 4., tùm quia, cùm dies est incerta, non est major ratio, quod committatur mora hodie, quàm cras, hoc anno, quàm altero, & dies incerta æquiparatur conditioni l. dies incerta ff. de condit., & demonstr. Ad tollendam igitur hanc indifferentiam, & ponendam majorem rationem requiritur interpellatio; tùm etiam quia debitor semper potest se excusare cum tali incertitudine diei; ubi autem competit excusatio, ibi nec mora, nec negligentia incurritur reg. 60., non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri de reg. jur. in 6., l. si quis solutione ff. de Usur., Interpellatur ergo debitor, ut sciat, vel scire debeat, quando teneatur, Galef. de obligat. cameral. q. 4. num. 17., Rota decis. 124. n. 11. impressa post Zachiam de oblig. Cam., Baverius tract. de mora, quàm sententiam in puncto juris, dicit veriore Bertazol. de claus. instrum. claus. 4. glos. 11. num. 1. vers. contrarium tamen, requiritur pariter interpellatio, ex iisdem rationibus, quando obligatio est de solvendo ad omne beneplacitum, & voluntatem alterius. Rota coram Panphilio Decis. 31. num. 8. impressa post Zachiam de oblig. Cam.

3 Idè executor datus, ut provideat negligente Capitulo, eo quia non est dies certa, non potest providere, quin prius assignet competentem terminum Capitulo, cum monitione, alias &c., ut declarat tex. in c. si Capitulo de concess. Præb. in 6., ubi glos. notat, quod alias Capitulum posset appellare, & facit tex. in c. si tibi absenti de Præb., & dignit. in 6., Constituitur etiam in mora, & negligentia per litem contestationem, per quàm judicium dicitur captum. Alex. in l. vinum ff. si certam pet.; Baverius de mora p. 3. num. 13., ubi n. 15. limitat, id habere locum si reus contestaretur litem, confitendo debitum; secus si negando; quia in hoc casu, à die citationis, & libelli censetur constitutus in mora, & negligentia, Bald. in l. edita C. de edendo, Roman: singular. 413.

4 Prærequisita interpellatio sufficiet, si vè judicialis, si vè extrajudicialis sit l. qui. Romæ §. Cobaredes ff. de verb. oblig., Ubert. de citat. c. 6. num. 56., Menoch. de arbit. Jud. c. 220. num. 25., Jason in l. vinum ff. si certum pet. n. 15., Magon. decis. Florent. decis. 103. num. 3., Barb. ad l. si mora num. 10. ff. solut. matri., quod dictum certum est, quo ad forum conscientia, at quo ad forum externum, dif-

tinguit Sabyc. in l. nuda C. de contrab., & commit. Stipul., quod in pacto vestito, sufficit extrajudicialis; in pacto verò nudo necessariò requiratur interpellatio judicialis, nec sufficiat extrajudicialis per tex. in d. l. nuda.

5 Immo quod sufficiat interpellatio per verba enuntiativa, Socin. colect. reg. Jur. littera 1. reg. 17., Magon. d. decis. 103. num. 3., Leoncil. decis. 92. num. 1., maxime si debitor sit persona, cui debeatur reverentia, & quod sufficiat per verba incitatoria, & indicativa propriè indigentia creditoris, etiam per modum narrationis, Vivius com. opin. p. 2. opin. 523. num. 2. 3. 4., Baverius de mora p. 1. n. 35.

6 Verum tamen est, quod non quælibet simplex interpellatio sufficit, ad constituendum in mora, & negligentia, sed requiritur interpellatio cum præsentatione, & reali exhibitione jurium, ex quibus interpellatus doceri, & instrui possit, Tiraquell. de retr. convent. §. 4. glos. 6. num. 5., Peregrin. de fideicom. art. 9. num. 79. ad finem.

7 Facta interpellatione, non statim debitor incidit in moram, & negligentiam, sed post tempus, arbitrio prudentis Judicis, qui arbitrabitur, considerato opere faciendo, loco, tempore, & cæteris circumstantiis; l. quod dicimus l. Ratum ff. de solut., Rota coram Gipsio impressa post Zach. de oblig. cam. decis. 20. num. 10., Cagnol. in l. in omnibus 13. num. 1. ff. de reg. Jur., per glos. solemnem in l. Emilius in V. restitui ff. de minor. Decis. in eodem l. in omnibus ff. de reg. Jur. quia valde iniquum esset, quem eodem tempore simul obligari, & in mora constitui; Menoch. de arbitr. Judic. c. 36., Farinac. repert. Judic. q. 75. nu. 16., Baverius de mora p. 3. nu. 1.

8 Interpellatio enim est initium moræ, nò autem ipsa mora; Coccin. decis. 1088. nu. 1., ubi quod mora paulatim nascitur, ex interpellatione, eique conjunctus est temporis lapsus.

9 Quam tamen moderationem limitat Cagnol. loco citato num. 4., & 4., primò in præcariò, quod statim præcisè revocari potest, quia hoc est de natura præcarii; idè statim post interpellationem, incurrit moram; secundò in casu quo hodie, seu determinata die promissum solvere; sed iste casus spectat ad dicta, superiori articulo de die certa.

10 Et quandoque unica interpellatio non sufficit, ad constituendum morosum, & negligentem, sed plures requiruntur, ut in casu de superiore convincendo de negligentia, tunc trina requiritur monitio c. 1. de suppl. C. negl.

negl. Præf. ubi Abbas, Zanchius de privil. Ecclesie, priv. 26. & hoc dicam infra; In pluribus tamen casibus fallit prædicta regula, in quibus licet dies sit incerta, tamen incurritur mora absq; interpellatione.

11 Fallit igitur primò in relictis ad pias causas, & est bonus tex. loquens de libertate legata in l. si ita scriptum ff. de manum. test. Tiraquell. de privil. causæ piæ privil. 141. Gratian. discept. for. c. 358. num. 23. Ubi num. 22. limitat prædicta, Casu quò Episcopus prorogaret terminum solutionis legati, prorogationem valere, ad effectum non incurrendi pœnam, ad quam tunc requireretur interpellatio, nisi ad diem certam prorogasset, quia tunc dies interpellaret, non tamen prorogatio juvaret, ad effectum, ut hæres faceret fructus suos, si res legata esset frugifera, quia Episcopus non prorogaret cum Ecclesie jactura; non enim præsumitur velle præjudicare Ecclesie, & jus quæsitum ei tollere. Bartol. conf. 58. in fin. lib. 2., quod via ordinaria, neque per Pontificem tolli potest. Gabriel. conf. 193. num. 13., Rota decis. 574. in fin. p. 1. divers., Seraphin. decis. 1263. in fine, Capu. quem decis. 37. p. 2., & in una Eugubina Canonatus coram Manzanedo 20. Novembris 1675., favore igitur piæ causæ, sicut & libertatis, non requiritur interpellatio, sed absque ea, incurritur mora, Baver. de morap. 2. nu. 6. vers. octavo, hoc non procedit, Requiritur verò ad effectum incurrendi pœnam privationis; Menoch. de arbit. c. 220. num. 24., per tex. in l. cum verò §. apparet ff. de fideicom. lib. Gratian. discept. for. c. 579. num. 9.

12 Sequitur pariter, quod, cum legata pia annua absolutè facta, non expressa die solutionis, debeantur in principio anni, etiam si sint in pecunia, quia favore animæ suæ præsumitur testator ita sensisse, ut de libertate servis legata, dicit tex. in l. si ita fuerit ff. de manum. test., Barbosa de univ. Jur. Ecclesie p. 2. c. 27. num. 105., Tiraquell. de privil. causæ piæ, privil. 22.; Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 23., num. 3., Socin. collect. reg. Jur. V. privilegia piæ causæ, privil. 27.; sequitur inquam, quod absque interpellatione à principio anni fit in mora, ad effectum, ut fructus rei legatæ cedant causæ piæ legatarie.

13 Quæ aded vera sunt, ut hæres negligens, & morosus in solutione legati pii, si expectet judicialem interpellationem, condemnatur ad duplum æstimationis rei legatæ, Socin. collect. reg. Jur. V. privilegia piæ causæ reg.

32. privil. 1.

14 Fallit secundò, regula in principio posita, quo ad fructus dotis promissæ, & non solutæ; debentur enim statim post contractum matrimonii, si statim maritus incipiat sustinere onera matrimonii; hoc enim habet vim interpellationis ad cursum usurarum, Bartol. in l. de divisione num. 1. 2. ff. solut. matr.; Mantica de tacit., & ambig. convent. lib. 12. tit. 5. num. 17. in fine, Magon. decis. Florent. 83. num. 1. 2., Seraph. decis. 1406. num. 3., & 4., Buvat. in Romana executionis decis. 287. num. 6., Barbosa ad l. 5. de divisione num. 10. 12. ff. solut. matr.; ubi nu. 41. reddit rationem quia scilicet maritus, sustinendo onera matrimonii, ex parte sua implevit; quare & promissor dotis debet implere, ut dicam infra, Leonc. l. decis. Ferrar. 92. num. 4., quod habet locum, quando ex parte mariti sustinentis onera matrimonii, contra promissorem dotis, actio intentatur: Rota decis. 382. nu. 6. p. 14. recent. coram Albergat., Castren. conf. 11. sub num. 4. Vers. quatenus lib. 1., Gratian. discept. for. cap. 579. num. 9.

15 Quod limita, si extraneus dotem promittat, tunc non incurritur negligentia, & mora, nisi post biennium à die contractus matrimonii l. 1. §. præterea C. de jur. dot.; Baverius de mora p. 2. num. 14., Menoch. d. c. 220. n. 23. glos. in l. ult. §. præterea C. de jur. dot., Socin. collect. reg. vers. mora reg. 22. fallentia 4., Barbosa ad l. 5. de divisione n. 41. ff. solut. matr.

16 Fallit tertio, favore minoris; incurritur enim mora, & negligentia ipso Jure l. in minor. C. in quibus causis in integ. restit., Leonc. decis. Ferrar. 92. num. 5., & decis. 125. num. 6., Socin. de reg. 22. fallentia 3., Novara de elect. for. sect. 4. quest. 62. num. 5.; limita, nisi debitor esset alius minor, vel æquè privilegiatus, ac minor, l. sed & milites ff. de excus. tut., c. causam de Præb., Novar. de variat. for. sec. 4. q. 62. num. 2. 5., quia pariter privilegiatus, non potest uti privilegio suo contra æqualiter privilegiatum. d. l. sed & milites, Menoch. d. c. 220. num. 17. 18. 19., Leonc. decis. 125. nu. 7., Gratian. dicto num. 9., & 10.

17 Fallit quartò, favore Ecclesie; tunc contrahitur mora ipso jure; Giurba decis. 97. n. 19. ex pluribus ibi allegatis, Socin. d. reg. 22. fal. 2., Leonc. d. decis. 125. num. 8., Baverius supra num. 15.

18 Fallit quintò, favore Fisci, quia etiam tunc ipso jure contrahitur mora, ut in casu delata

delata hæreditatis, quam debet restituere Fisco l. item veniunt §. petitam autem, & §. à quo ff. de petit. hæred., Menoch. supra nu. 8., Marefcott. variar. ressol. lib. 2. cap. 123. num. 19., Peregrin. de Jure Fisci lib. 6. tit. 7. num. 1., per tex. in l. cum quidam §. Fiscus ff. de usur., Socin. de reg. 22. fallent. 1., Massin. de confiscat. quest. 39. num. 67., ex quo sequitur, quod spolia Clericorum, quæ non in pœnam, sed quia acquisita ex beneficio, aut ubi non composuerunt cum Camera, vel non obtinuerunt facultatem testandi, aut inexacta, post mortem Clerici, devoluntur ad Cameram Apostolicam, juxta dispositionem Constit. Pauli III. incipit, Romani Pontificis, in bullario novo 29. tom. 1., & Constit. 8. incipit Grave nimis Pii 4. in bullario novo tom. 2., solvenda, seu per detentores restituenda sint Cameræ, non expectata monitione, & ea detinentes, neque facere fructus suos. Filiuc. tract. 43. c. 4. num. 38., Unum ad hæc notat Azorius. Institut. moral. p. 2. lib. 8. cap. 1. quest. 5. ad finem, Bonacina de contractibus d. 3. quest. ult. p. 4. num. 2., quod si consuetudo sit, quod ea spolia non solvantur, nisi à colectoribus spoliatorum, petantur, ut videtur esse hic Ferrarie, tunc non debentur antequam petantur; ut dicam p. 2.

19 Fallit sexto, favore Universitatis, Leonc. d. decis. 125. num. 8., Universitates enim utuntur privilegiis pupillorum, & minorum, quia in Universitate sunt minores, & pupilli; Oddo. de rest. in integ. quest. 3. nu. 74., & quest. 90. num. 33., Novar. de elect., & variat. fori sec. 2. quest. 24., & decis. 41. n. 7. impressa post eundem Novar. de elect. fori, Quod privilegium, ut scilicet debitor, ipso jure, absque interpellatione constituatur in mora, negat competere Viduis. Leonc. d. decis. 125. num. 9.

20 Fallit septimò, in foro conscientie, si creditor ex timore reverentia non audeat debitorem interpellare, & debitor noscat suum debitum, Sylvest. Verb. mora num. 1. ad finem, vel etiam si creditor ignoraret suum debitum, tunc absque interpellatione, debitor sciens debitum constituitur in mora, Sylvest. summa loco supra, Azor. p. 3. lib. 4. c. 34. quest. 2., Bonacina de rest. in genere d. 1. quest. 6. p. 1. num. 3., Baverius d. p. 2. num. 26., & absque declaratione, quia Deus novit, an sit excusatio, quia tam facta, quam

non facta, non latent ipsum, Abbas in c. excommunicationi de raptoribus, ubi & Innoc., Felin. in c. 2. num. post post medium de Magistris.

21 Fallit octavo, si non extet, qui interpellatur, puta debitor de industria latitat; tunc enim sufficit, si creditor coram probis viris conqueratur l. 2. ff. de nautico fen., Menoch. d. c. 220. num. 12.

22 Fallit nonò, si debitor esset in causa ex facto suo, cur non interpellatur; puta hæres dicit testamentum nullum, ne legatarii consequantur legatum, tunc hæres illi, licet non interpellati, adhuc in mora, & negligentia sunt l. penult. ff. de usur., Menoch. d. c. 220. num. 15., rationem reddit glos. in d. l. penult., tum quia dolo fecerunt; tum quia ex proprio delicto nemo debet commodum reportare; tum quia ex facto suo, est in causa, cur non citetur, adhuc contumax c. quoniam §. poro, ut lite non contestata, Sperell. decis. 48. nu. 34. 35., Ubert. de citat. c. 16. num. 134., Barbosa in c. 1. Qui matrim. acuf. pos. nu. 3.

23 Fallit decimò, in eo, qui promisit se facturum, aut curaturum, absque interpellatione, in mora, & negligentia est, Cravet. conf. 64. nu. 1., & conf. 192. n. 17., & conf. 246. nu. 1., Menoch. d. c. 220. nu. 20., Socin. d. reg. 22. fallentia, Vivius com. opin. p. 2. opin. 670. num. 4., Baver. de morap. 2. num. 17., ubi num. 19., post contrariorum allegatorum considerationem, ait, quod ad effectum incurrendi pœnam, non dicitur in mora, sed requiratur interpellatio, secus ad alios effectus.

24 Fallit decimoprimum, quando contractus est ultro citroque obligatorius, & unus contrahentium implevit, quod pro parte sua debebat, alter negligit, iste incurrit moram, & negligentiam absque interpellatione l. curabit C. de ast. empt., Menoch. supra nu. 22., & Socin. supra fallentia 6., Baver. supra num. 10., ex quo sequitur, quod periculum rei, ad eum spectat, qui est in mora.

25 Fallit decimosecundò, in eo, qui tenetur ex delicto contra legem commissio, Socin. d. l. 22. fal. 5., quia lex prohibens, aut præcipiens sub pœna semper interpellat c. ad hæc de postul. præf., Innoc. in c. extirpanda num. 15. de Præb., & dignit., Bauer. de mora p. 2. num. 9. & 24.

26 Fallit decimotertio, ubi in obligatione intervenit juramentum, quod supplet pro interpellatione, cum sit maximus stimulus conscientie, Socin. d. reg. 22. fallentia 7., Farinao.

reperit. *Jud. q. 75. num. 11.*, *Menoch. d. c. 220. num. 21.*, *Vivius com. opin. p. 2. opin. 523. num. 9.*, *Ubert. de citat. c. 6. num. 59.*, *Rota coram Gispio post Zach. de obligat. camer. decis. 20. num. 14.*, *Gabriel. de Jur. Jur. coch. 2.*, *Baver. de mora p. 2. num. 20.*, quod erit verum post tempus, arbitrio prudentis, ne simul contrahat obligationem, & moram; Quod limita, ubi difficultas facti, absque culpa obligati contingens, excusaret, tunc non incurritur mora, *Rota coram Burato post Zach. de oblig. camer. decis. 38. num. 7.* *Gratian. discept. for. dicto c. 579. num. 12.*

27 Fallit decimoquartò, in eo, qui est debitor ex delicto, vel quasi delicto, ut fur, absque interpellatione, cum semper sit in mala fide, & etiam in mora, & negligentia, tenetur enim statim restituere *l. in re furtiva §. penult.*, & *l. ult. ff. de condict. furt.*, *Azor. instit. moral. p. 3. lib. 4. c. 34. q. 2.*, *D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 8.*, & communiter D.D., de quo *Bonacia de restit. in gener. d. quæst. 6. p. unico n. 1.*, & *seqq.*

28 Fallit decimoquintò, in socio, qui communes pecunias, in proprios usus convertit, hic enim absque interpellatione, est in mora, & tenetur ad usuras, *l. 1. §. ultimo ff. de Usur.*

29. Fallit decimosexto, in Emphiteuta, qui negligens solvere canonem per triennium, de Jure civili *l. 2. C. de jur. Emphit.*, & per biennium, de Jure canonico *c. potuit de locat.*, & *conduct.*, absque interpellatione, cadit à jure suo, licet casus hujus fallentiae, melius videatur convenire regæ superioris articuli, cum sit tempus saltem à lege determinatū, & insit de natura contractus, *Bald. ad d. l. 2. C. de jur. Emphit.*, *Fulgin. de Jur. Emphit. tit. de variis caducis. quæst. 1. num. 16.*, *Barbosa ad. l. si mora num. 10. ad finem ff. solut. matri.*

30 Fallit decimoséptimò, in debitore, qui expressè protestatur, se nolle solvere, quod debet, vel nolle facere, quod promisit, facta enim tali expressione, incurrit moram, & negligentiam absque interpellatione, & facit quod contumacia vera incurritur, ob similem protestationem, *Covar. inc. alma mater §. II. num. 11. vers. est autem, de sent. excommunicacionis*, ita ut, ubi trina requireretur monitio, seu interpellatio, casu quo expressè dicat, se nolle comparere, vel respondere, vel præstare, quod debet, non ulterius sit monendus. *Alex. conf. 82. num. 3. 4. lib. 4.*, *Ancharan. in c. 1. num. 1. post Hostiens. de suppl. neg. Præb.*

ARTICULUS VI.

Quot requirantur interpellationes ad incurrendam Negligentiam.



Idimus Negligentiam, & moram incurri, per interpellationem; modo inquiritur, an per extrajudicalem etiam, & an per unicam, vel per plures.

1 Per interpellationem extrajudicalem, in extrajudicialibus, quem constitui in mora, regula est, & patebit ex sequentibus; attamen limitatur hæc regula, ut habeat locum, tantum in debitore, qui tenetur jure actionis, secus si teneatur tantummodo officio Judicis, quia tunc requiritur interpellatio judicialis, *l. cum postulassent ff. de damno infect.*, *Baverius de mora p. 1. n. 19.*, ubi n. 20. limitat, si teneretur officio Judicis mercenarii, & n. 22., quod interpellatio extrajudicialis, non sufficit ad interrumpendam præscriptionem.

2 In casu igitur, quo sufficit interpellatio extrajudicialis, fuit sententia notata, per *Menoch. de arbitr. Jud. c. 220. nu. 29.*, & *seqq.* quod duplex requiritur, ita ut alii opinarentur, per secundam solam interpellationem, incurri moram; alii per primam inchoari, & per secundam compleri, ex juribus ibi allegatis, quas sententias jure refellit ipse *Menoch. qui nu. 26. posuerat per unicam interpellationem extrajudicalem, incurri moram c. si Episcopus dist. 18. post Bartol. in l. mora ff. de usur.*, & in *l. Titia Sejo §. usuras ff. de legat. 2.*, *Alex. conf. 81. num. 1. lib. 4.*, *Innoc. in c. cum de nobis de elect.*, *Baver. de mora p. 1. num. 2.*, *Felin. in c. prohibeas in fine vers. quotuplex autem de Magistris*; *Immola in c. ex litteris nu. 7. de constit.*, *Alex. in l. de pupillo §. si quis ipsi Prætori*, post mul-

multam discussionem *num 6 ff. de nou. op. nunc & ipse Menoch. supra num. 43.* idem dicit, de interpellatione tacita, quæ fit, per diei appositionem, (de qua supra diximus), quod dies certa apposita obligationi, interpellat pro homine.

3 Ex quibus sequitur, quod Canonici, unica monitione vocabunt absentes ad electionem, & si non venerint, eligunt, & valet electio. *Innoc. in c. cum nobis num. 5. de elect.*, facit *glos. ad Clem. 1. V. requisierint de hæret.*

Quod unica monitio, & interpellatio extrajudicialis sufficiat ad incurrendam negligentiam, ponitur pro regula, & firmatur per *Aloys Riccium decis. curiæ Archiep. Neapolit. p. 4. decis. 120. num. 1.*, & 2.

4 Fallit primò, in casu. *c. 1. de suppl. negl. Præl.*, Ubi Episcopo ter monito à Monacis cum humilitate, & reverentia, quia inferiores, eoque nolente, Abbatem benedicere, Abbas adhuc exercet Jura. *Abbas in d. c. 1. n. 1.*, ibique omnes scribentes, quod sit speciale in hoc casu, & fallentiam regulæ dixit post *Cardinalem. Alex. in l. de pupillo §. si quis ipsi prætori ff. de op. nou. nunc.*, *Scaccia de appellat. quæst. 17. num. 54.*

5 Fallit secundò, prædicta regula in casu appellationis, ubi appellans debet summa ope, idest pluries, hoc est ter instare, ut causa terminetur *l. fin. §. illud C. de temp. appell.*, *Clem. quomvis ibi sepius, & instanter de appell.*, *c. ab eo de appell.*, *Alex. in l. de pupillo §. si quis ipsi prætori ff. de nov. op. nunc, conf. 81. num. 2. lib. 4.*, *Geminian. in c. si contra num. 6. ad fin. de off. Jud. deleg.*, *Baverius de mora p. 1. num. 11. V. quarto tempera*; postquam trinam monitionem, & instantiam, (si Judex adhuc sit negligens), datur appellatio; *Scac. de appell. q. 17. num. 46.*, & *seqq.*, ubi num. 58. limitat, id procedere, quando aditur Superior per viam appellationis, quod tunc requiratur trina monitio; secus si adeatur per viam quærellæ, quia tunc non requiritur trina monitio.

6 Limita tamen primam, & secundam fallentiam prædictam, in casu quo, tam Episcopus, quam Judex primo monitus, expressè recusaret, quia tunc non requiritur alia monitio; *Ancharan. in c. 1. num. 1. post Hostiens. de suppl. negl. Præl.*, *Alex. conf. 81. lib. 4. nu. 3.*, *Scac. de appellat. q. 17. num. 19. vers. declarata quarto*, *Baver. de mora p. 1. num. 5. ad finem.*

7 Limita secundam fallentiam, ut valeat

tantum in Judice appellationis; secus in Judice primæ instantiæ, qui per unicam monitionem, constituitur negligens, ut post plures ostendit *Alex. conf. 81. num. 2. lib. 4.*, *Baver. de mora p. 1. num. 4.*

8 Fallit tertio in casu *l. si convenerit ff. de pignor. act.*, ubi quod, si cum debitore quis convenerit de, non distrahendo pignore, non poterit distrahere, nisi præmissa trina monitione, *Alex. in d. l. de pupillo §. si quis ipsi ff. de nou. op. nunc*; *Baverius supra num. 18. vers. novo tempore.*

9 Fallit quartò in casu *Auth. statuimus C. de Episcopis, & Cler.*, ubi si Judex negligens fuerit, in administranda justitia Clerico, ter monitus, jurisdictionem amittit, & devolvitur ad Superiorem.

10 Amplia etiam in terminis *c. 20. sess. 24. Trid.*, virtute cujus, ut jurisdictione devolvatur, requiritur trina interpellatio; *Aloys Riccius p. 4. decis. Neapolit. 170.*

11 Fallit quintò, in casibus *c. 1. de milite Vassalo*, qui contumax est, ubi miles Vassalus, ut feudum ob delictum amittat, ter à Domino vocari debet, neque ante trinam monitionem, negligens dicitur, & contumax, ut feudo privetur, *Andr. de Iernia de juribus feudor.*, *rub. de milite Vassalo num. 2.*, quia ad privandum, quem jure suo, trina requiritur monitio, *Gabriel. lib. 3. de solut.*, *concl. 9. num. 14.*, *Baverius de mora p. 1. num. 16. ad fin.*, & dicam sequenti fallatia; similiter alter casus in eo cap. est, quando Dominus spoliavit Vassalum feudo, debet Vassalus ter admonere Dominum, ut restituat, postquam trinam monitionem, ad majorem potestatem licet recurrere.

12 Fallit sexto, dum agitur de privando aliquem jure suo; tunc enim trina requiritur monitio, juxta notata per *Baver. de mora p. 1. c. 10.*, ubi tamen ipse in contrariam sententiam videtur inclinare, & certum est, quod hodie in nostro Capitulo Ferrariensi, Canonorum Cathedralis, unica monitione vocantur absentes, eisque cunctantibus, proceditur ad electionem, & ad *tex. contrarios* respondit *Baver. supra num. 11.*, quod loquuntur in judicialibus, nos autem in extrajudicialibus.

13 Fallit septimò, in eo, qui se obligavit ex contractu, vel ad exactionem pecuniarum à debitoribus ejus, cum quo contraxit, vel ad rem recuperandam, & similia, in quo casu, tenetur de levi culpa, ad quam evitandam,